

LIBER SPIRITUS

Maioris Consilii

1325–1349

1

Πολλαὶ χάριτες παραχωροῦνται πρὸς ἔξαγωγὴν σίτου ἐκ τῆς νήσου ἡμῶν Κρήτης, ὑπὲρ τῶν πιστῶν ἡμῖν κυριάρχων τῶν νήσων ἐπειδὴ ὅμως γίνονται πολλαὶ καταχρήσεις. πρὸς βλάβην τῆς κοινότητος ἡμῶν, ὑπὸ τῶν λαμβανόντων ταύτας, διότι μεταφέρουσι τὸν σίτον ἄλλαχοῦ καὶ οὐχὶ εἰς τὰς νήσους των, ἀποφασίζεται πρὸς ἀποτροπὴν τῶν καταχρήσεων τούτων, ὥπως τοῦ λοιποῦ οἶος δήποτε λάβῃ χάριτα πρὸς ἔξαγωγὴν σίτου ἡ βρώμης ἐκ Κρήτης διὰ τὴν νῆσον του καὶ ἀφ' οὗ ἔξαγάγῃ τὴν δρισθεῖσαν ποσότητα, ἐπαναλάβῃ τὴν ἔξαγωγὴν, νὰ τιμωρεῖται διὰ προστίμου διπλασίας ἀξίας τοῦ σίτου τὸν ὅποιον ἦθελε μεταφέρῃ, ἐκτὸς τοῦ διὰ τῆς χάριτος ἐπιτραπέντος. Ὁ μηνυτής θὰ λαμβάνῃ τὸ ἡμισυ τοῦ προστίμου, τὸ τέταρτον οἱ φέρεται, καὶ τὸ ἕτερον τέταρτον θὰ μένῃ ὑπὲρ τῆς κοινότητος. 1326, Ἀπριλίου 10.

Fo 4r Millesimo trecentesimo XXVI, die X Aprilis.

1

Non portetur bladum de quo fuerit facta gracia de insula Crete pro insulis, alio quam ad insulas sub pena etc.

Cum quamplures gracie de blado de insula nostra Crete facte sint et fiant sepius nostris fidelibus pro suis insulis, et dicatur quod in hoc fraus non modica committatur in damnum nostri communis per illos, qui habent dictas gracias, qui faciunt deffere bladum, uel de ipso alio, quam ad suas insulas pro utilitate quam consequuntur, ut obuietur fraudi predicte; capta fuit pars, quod ordinetur, quod quicumque tam de habentibus ad presens graciam extrahendi frumentum, uel bladum de insula Crete, uel de cetero habuerit pro usu hominum insularum suarum, conduixerit uel conduci fecerit de ipso frumento, uel blado alio, quam ad suas insulas, pro quibus facte fuerint gracie, uel postquam esset conductum ad insulas alio portaretur, cadat in penam dupli valoris eius, quod fit contra graciam

5

10



alio foret conductum; et qui accusaverit ita quod per eius accusacionem veritas habebitur, habeat medietatem pene et teneatur de credencia, et rectores requirentes et exigentes habeant quartum, et quartum sit communis et mandetur rectoribus Crete, quod predicta faciant publicari in suis regiminibus; et quod teneantur inquirere, et penam a contrafacentibus excutere, et sic addatur in suis commissionibus; et nihilominus non permittant dicti Rectores eos, qui habent gracias, eis 18 uti, quoisque non soluerint penam, et si consilium est contra, etc.

2

Τὸ ἥμισυ ὅλων τῶν ὁφφικιούχων Κρήτης ἐκλέγεται ἐξ τιμαιούχων καὶ ἀποίκων, συμπεριλαμβανομένων εἰς τὸ ἥμισυ τοῦτο καὶ τῶν Βενετῶν τῶν αὐτόθι κατοικούντων. 1326, Σεπτεμβρίου 16.

Fo 9r Millesimo trecentesimo xxvi, die xvi Septembris.
Officialium Crete elligendorum et quales.

Quod scribatur Duche et consiliarijs Crete, quod cum sicut alias scripserimus eis, captum et ordinatum per nos et nostrum consilium Rogatorum sit, quod medietas omnium officialium Crete intus et extra fiat et assumatur ex feudatis et 5 oriundis Candide includendo in illa medietate nostros Venetos, qui ibidem habitant et hoc nostre intencionis sit, quod non defraudetur, sed penitus obseruetur usque ad nostre beneplacitum uoluntatis, ipsi uellociter debeat ordinare et particulariter et distincte nobis rescribere partem illam regiminum et officiorum que per medietatem tanget eos nostros feudatos secundum tenorem partis supradicte, 10 similiter partem que remanet danda ipsis nostris rectoribus secundum usum, cum nostre intencionis sit, quod predicta nostra medietas debeat fieri hic per electionem in nostro maiori Consilio, et de alia medietate ulla gracia de hinc nullatenus concedatur, et interim quoisque silicet non fuerit habita responsio predictorum Duche, et consiliariorum non possit fieri gracia de aliquo officio uel regimine 15 insule Crete modo aliquo uel ingenio sub pena librarum L. pro consiliario quolibet et capite, ponentibus de faciendo gratiam, uel reuocando predicta; et si consilium etc. pars de XL.

Ego Johannes Nicholaus Rubeus manu mea subscrispi
Ego Nicholaus Delfino manu mea subscrispi
20 Ego Daniel Chocho manu mea subscrispi
Ego Johanes Vido notarius curie suprascriptum consilium de mandato
22 suprascriptorum dominorum cancellau in 1376. 12 Decembris.

3

Οὐδεμία διαταγὴ ἔξαγωγῆς οἷνων θέλει δοθῆ μέχρι τῆς προσεχοῦς ἕορτῆς τῶν Χριστουγέννων, πλὴν τῶν οἷνων, Κρήτης πανέλλου, Μονεμβασίας, καὶ Ρωμανίας, μὴ συμπεριλαμβανομένων ἐκείνων

